

Bibliothèque numérique

medic@

**Berault, Jean - candidat / Chartier,
René - président. - An Apoplexiae
phlebotomia ?**

1617.

Paris

Cote : ms 74 n°568

AD QVOD LIBETARIAM.

QVÆSTIO MEDICA MATVTINIS DISPVATIONIBVS AGITANDA
in scholis Medicorum, die Iouis XIII. Decembris M. RENATO CHARTIER,
Medico & Professore Regio moderatore

An Apoplexia phlebotomia?

CAUSA morbum, morbus symptoma præcedit origine. Causæ primùm, deinde morbi, postremò symptomatis, sed contrariis suscipienda curatio est. Omnis interna causa Cacoehymia est, vel plethora. vtraque phlebotomiâ profligatur; neque repentinam morbi vehementiam, neque oborientem grauissimi symptomatis impetum, Catharsis, sed vna phlebotomia quamprimùm sedat.

MORBVS organicus obstructio, quam parit vel cacoehymia quadruplex, sanguinea, biliosa, pituitosa, melancholica. vel plethora. Obstructis cuiusvis humoris affluxu vasis hepatis, aut cordis ventriculis, aut cerebri meatibus, leuissimi omnium partium principum nascuntur affectus, Hepatitis, Syncope, Apoplexia.

APOPLEXIA omnium symptomatum grauissimum *ἡ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφαλοῦ διὰ τὴν ἐν τῷ ἐγκεφαλοῦ διαταραχῇ* generatur, spiritus scilicet animalis in neruos exitu, vel vitalis aditu è corde ad cerebrum prohibito, cum motus, sensus, cæterarumque functionum animalium deperditione. Capitis prostram Carus, puppim, sedem memoriæ, Lethargus, membranas Phrenitis, ventriculos Epilepsia, totum cerebrum Apoplexia obsidet, vt obstructionis sic Apoplexiæ caula pituita, sanguis, & vtraque bilis, imò nullus humor caula, sed angustia ventriculorum cerebri, obstructio ab humore crasso, vel multo, compressio vel à tumore quadruplici, aut cranij de-
pressione, & confidentiâ meatuum.

SANGVINIS copia, & anadrome vasorum, ac præcipuè carotidum, & venarum iugularium *ἀπὸ τοῦ ἐγκεφαλοῦ* sequitur *ἀπὸ τοῦ ἐγκεφαλοῦ*; nunquam non acuta: cuiuscumque humoris in cerebrum *ἀπὸ τοῦ ἐγκεφαλοῦ* huic febris acuta superueniens, vtrique paralysis, & hæmorrhoides remedio sunt.

VRABITVR apoplexia quamprimùm: nec septuaginta horæ expectabuntur, quibus humorum perficiatur motus. Proderunt à parte affectâ vacuantia, reuellentia, deriuantia. Vacuant *ἐν τῷ ἐγκεφαλοῦ*, sternutatoria, apophlegmatismi, forus sicci capiti derafo admoti (apage ignitas sartagine) & hirudines fronti ac temporibus affixæ. Reuellunt cænemata, suppositoria, pharmaca vt pilulæ, extremorum frictiones, venæ inferiores sectæ. Deriuant cucurbitulæ scapulis, humeris, & sub mento prope iugulares appositæ, venarum superiorum apertio, & ab aliâ parte quàm ab eâ in quam paralysis cadit.

Ergo apoplexia phlebotomia

Proponebat Lutetiæ IOANNES BERAULT Parisinus. Anno R. S. H. M. DC. XVII.

DOMINI DOCTORES DISPVATVRI.

M. Joannes Martin.
M. Michael Seguin, P. Reg.
M. Petrus le Conte.

M. Agidius le Blanc.
M. Guillelmus de Vailly.
M. Ioannes Maisnoir

M. Petrus Pyari.
M. Simon Pietre.
M. Ph. Harduinus de S. Jacques Decanus & M. R.